

Euphonia, X 2119382

IN NUPTIAS

Ornatissimi & optimi Viri

Dn. MICHAELIS
SCHNEIDERI BIT-
terfeldensis, Sponsi:

ET

Honestissima, lectissimaq; Virginis

MARIÆ

Amplissimi Viri

Dn. CONRADI REVTER,
Consulis Bitterfeldensium dignissis-
mi, Filia; Sponsæ:

16. Octobris celebrandas,

Conscriptæ à

Consanguineis & Amicis.

VVITEBERGAE

Excudebat Iohann. Schmidt, Anno 1609.



IN N. 1112
Grunnriß von
Dr. MICHAELIS
SCHNEIDER'S
M. A. S. I. A.



M
E
O
E
V
N
H
F
Q
H





*Vm tritum hoc verum, quod Amans sic
mortuus in se,
Inq; alio vivat, Dic age, SPONSE,
precor?*

*Sed dicas, vel non dicas animi abdita sensa:
Vulgatum verum hoc attamen esse reor.*

Iaclatur, cruciatur Amans, agitur, & indè hinc

Fertur, differtur, distrabiturq; miser:

Est ubi, ibi non est; ubi non est, incipit esse;

Plus ibi & est ubi amat, quàm sit ubi ipse animat:

Oblitusq; sui non in se operatur, & in se

Non operans, in se mortuus extrà agitur.

Ergo facis rectè, FRATER, dum mortuus in te

Quæris in alterius vitâ animare tuam.

Vitam non-vitam, duxisti hucusq;: sed almus

Diribitor vitæ vivere vult te aliter:

Nempè maritali te vult jam vivere lege,

Et fieri vitæ participem socie.

Hinc SPONSAM adjungit tibi castis moribus, & cui

Effinxit MENTEM Pronuba IUNO BONAM.

Filia, REUTERIE est, quo CONSULE tempore longo

BITTERFELDA usa est ob grave iudicium;

Quod tribuere sacri celeberrima dogmata iuris,

Quicquid & interpret Bartolus artis habet.

Hanc, inquam, Hanc SPONSAM cape grato pectore, grateis

Dicq; tibi HANC voluit qui Sociam esse, DEO.

Cumq; quod aspexi nuper, sis mortuus in te,
Fac redimas vitam, quam tua SPONSA fovet:
Unus sic animus fiet, mens una, cor unum,
Una fides, unum Corpus, & una caro:
Sic in te rursus vitâ potiore viresces,
Si vitâ hac surgat BLANDULA vita tibi;
Quam quia jam sperem ex factâ Matre antè-Puellâ,
Quidnî hac felicem te quoq; parte velim?
Sic vo' veo, atq; precor: Sit CHRISTUS vita salusq;
Veltra; utriq; dehinc unica vita fiet:
Stet spicatus honos thalamo, stet vita Duobus
Indemnis, fixâ lege perennet AMOR.
Deniq; quot Nostræ optavi felicia tædæ
Annò: tot vestro comprecor ipse toro.

SPONSI FRATER.

M. Iohan: Sartorius Bitterf. Scholæ Glauch:
Coll. secundus 507 & 510.

Mirus amor, miras jungit res foedere miro,
Sartorem ac Equitam jungit amor roscam,
Sartor fiet eques, patiens Equita aut equa fiet,
Gaudet amor factis nominibusq; novis.
Unus amor chara hæc duo pectora jungit & unit,
Corpora corporibus jungit & unus amor.
O quam verus amor, primis qui crevit ab annis,
Vitâ qui in juncta cognitus antè fuit.

Nonne

Nonne fuit tibi, *S P O N S E*, *M A R I A* à virgine parva

Nota, sed agnosces jam meliore modo?

Quis te non dicat felicem *S P O N S E*, quod ista
Virgo tuum foveat, jam *T V A* facta, torum.

Virgo, quæ monstrat *virtutis* signa *paterna*,
Matris & *ingenium corde. opere, ore, refert.*

Nunc ergò tali *S P O N S A* læteris, & eius
Libes purpureis oscula blanda genis.

Oscula, parte sui quinta quæ *Nectaris* alma
Imbuit ipsa *Venus*, quæque subinde parat.

At tu *S P O N S A*, tuum gremio complectere *S P O N S V M*,
Uinum ceu vitis complicat alba satam.

Virtus nam unita est dispersa fortior illa,

Iunctis sic radijs fortius astra premunt,

At ego quid voveam? sunt hæc mea maxima vota,

Ut DEVS inceptum servet amoris opus.

Verùm, *S P O N S E*, cave, ne equa te deturbet amata,

Sic tu non *Sartor*, verùm *Eques* acer eris,

M. Christophorus Schneiderus.

Sponsi Frater.

Lux nova læticiæ consurgit ab æthere Sponsis?
Vtere læticiâ, *P A R* Neonymphæ, tuâ.

Læticia virtus vos arctet & uniat ambo:

Crescat in amborum mentibus unus AMOR.

Grator utriq; suam sortem: Congaudeo Sponsis:

Anxia curarum jam petat hora moram.

Sic faveat cæpto desponsi *COMPARIS* **AUTOR**

Conjugij; accedant pignora cara toro.

Adveniatq; salus: ut dives & aris & ævi

P A R juvenum, æternum floreat arce *P O L I*.

Gottfriede Reuter Sponsæ

Frater.

A 3

Ipsè

Ipsc tibi canito : trita hæc sententia quod sit,
Diceris hoc facto, S P O N S E, probasse tuo.
Nam tu dum blandis (quorum scis plurima) verbis
Demulces Charites, quæ tibi præda redit ?
Ipsa Aglaia tuos, forma præstante puella
Deposcit thalamos connubiumque petit.
Vultque referre tibi quæcunque : (modò utere) verum
Neu dicat caveas : hæc retulisse pudet.

Simon Herman Schmidebergensis.

Vota addo votis, thalamum cum Sponse paratum
Ingredere, vota en quæ benè fausta vovent.
Conjugium vestrum sit captum numine, felix
Principium, medium, finis & ipse tori.
Adsit amica Venus, Charites, Musæq; novena
Advolitent, faveant Pallas, Apollo, Themis.
Regnet Eros, thalamo absit Eris, concordia mentes
Ambiat, ut sit mens una, sit unus amor.
Sponsa decus Sponsi sit, Sponsæ gloria Sponsus,
Atq; Sibyllinos vivat uterq; dies.
IHOVA juvet clemens, thalamus sic crescat, ut anno
Elapso soboles lusitet ante patrem.

Zacharias Cotthius Schneberg:

Virgo pudica placet Cœli terræque supremo,
Cœlestique choro virgo pudica placet.
Sponsa venusta viro multa affert gaudia læta,
Illius atque aufert curam animi ancipitis.
Dum Schneideri tibi talis quoque contigit uxor,
Quæ verecunda Deo, quæque venusta tibi,
Gratulor hoc vitæ sanctum genus atque beatum,
Virtutis rectum quod tibi monstrat iter.

Oro,

Deus præfens etiam conatibus adfit,
Inque maritali pace beatus agas,
Ut vivas longos cum coniuge lætus in annos,
Et vacuum repleas prole decente domum.

Christianus Scheutzlich.
Schnebergensis.

Cur te præteream Sponse silentio?
Cui noster meritò corde favet chorus
Dum sacros latices Aonij lacus
Potasti cupidis faucibus, & canis
Phœbo digna legi carmina Delphico.
Non te præteream Sponse silentio.
Aures hisce tuas sollicito sonis,
Sartor fila manu ducere mollia
Discas, & teneram præacuas acum,
Filis nere juvet Sponsa tenellula,
Ut non pauca thorus pignora proferat.

Elias Schroder Calegiensis.

Quid monstri? fixam quàm fallit opinio mentem!
Iam dudum rebar te sarcivisse CVCLVLM,
SARTOR; connubij quem gens abstemia gaudet
Perpetuò gestare sui cum pondere tergi.
Nunc mutat efacis rem, cui non iste CVCVLLVS
Convenit: Exemplo sed erit res apta CVCVLVS,
Quem sequere, ac PROPRIUM DECANTA NOMEN;
COLIM
IN SYBOLE EXSVRGET DVLCI-RESONABI-
LIS ECHO.

Bernhard. Bertram.

O quam

Ze 2530

OK

Quam jucundum est lecto ut teneantur eodē,
Quos Deus Igne suo copulat ipse f.acro.
Verūm conjugio vestro quid comprecet almo?
Hoc FELIX, FAUSTUM PERPETUUMQ; SIET.
Flamma per incensas citius sedetur aristas,
Annus & inversas duxerit antè vices:
Quàm possit vestros quicquam mutare calores,
Ac thalami cœptam frangere lætitiā.

Ioannes Reutterus Sponsæ Fr.

Sic, Sponse, aurum, alius gemmas, niveumq; metallum
Donat: sat tibi erit; si pia vota feram.
Nympha, precor, faciat te multâ prole parentem,
Quæ Deo, itemq; homini ritè placere queat.
Succingant thalamum, Charites, Concordia iuncta
Paci, & sunt procul iurgia cum lacrymis.
Comprecor: unanimes placide florete per annos,
Vivite fœcundo; sed sine Labe toro.

**Conradus Reutter
Junior,**



W. M.

M. 15

QK. 340. III



Eu
 IN N
 Ornatissim
 Dn. MIC
 SCHNEI
 terfeld
 Honestissima,
 M
 An
 Dn. CONR
 Consulis Bitte
 mi, Fil
 16. Octo
 Col
 Consangu
 VVIT
 Excudebat Iohann

530 e

